# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Maphei Vegij sua etate oratoru[m] principis: inter inferiora corpora, scilicet Terram. Aurum, et superiora, praesertim Solem elegantissima simul et iocundissima disputatio


**Vegius, Mapheus**



**Parisiis, 1511**


Maphei vegij oratorum fua etate principis. disputatio inter solem /terram/&aurum/incipit


urn:nbn:de:bsz:31-293541



Visual Library

# Maphei vegij oratorum ſua etate principis. diſputatio inter ſolem/terram/ & aurum/incipit.

CVm decertarent inter ſe aliquando ſuperiora ſimul atqꝫ inferiora mundi corpa. Iactaretqꝫ vnum quodqꝫ vim & pulchritudinẽ ſuam. Placuit omnium conſenſu litem omnem dirimendam ei cõmittere: qui et prudentiſſimo conſilio et ſolertiſſimo cuncta artificio condidiſſet: vt quod iudicaſſet ipe melius atqꝫ preſtãtius id ita firmum/ fixũ/inuiolatumqꝫ eterna lege haberetur. Itaqꝫ ſummus omniũ rerum auctor aſſiſtẽte ſibi homine cuius gratia ea fabricauerat liberum cuiqꝫ exponẽdi quas haberet dotes tempꝰ ac locũ dedit. Tum rogata primũ de ſe terra ſententiã diceret vt innumerabili que eam circũfundebat domeſticorum turbe morem gereret ſic exorſa eſt. ¶Terra loquit̃ & vim ac pulchritudinẽ ſuã eleganter audiente deo & hoie aſſiſtẽte p̄mo explicat.

OPtarem plurimũ O factor et rex omnium maxime tantam in me vim dicendi eſſe: vt cuius cauſa te corã in preſentiarum oratura cõceſſi recte poſſem abſoluere. Non vererer cuiuſq̃ calũniam ꝙ laudes meas maiore fortaſſe ſtudio et efficatia q̃ modeſtie ratio poſtulare videat̃ attingerem Nam quicqd de me pulchrũ eximium admirationeqꝫ dignum ꝓtulerim: totũ id tibi magis cuius inenarrabili ſapientia atqꝫ potẽtia talis ac tanta euaſerim q̃ mihi: que nihil prorſus ante fuerim/ adiudicabit̃. Nõ aliter ac ſi elegans quis polycleti vel phidie manibus fabrefactum ſimulachrum intueat̃: non operis magis ipius elegantiam q̃ opificis ingeniũ et ſolertiam admiretur. Pace igitur omnium aggrediar: et pulchritudinẽ magnitudinẽqꝫ meam narrans. Vberrima tua in me atqꝫ excellentiſſima dona recẽſebo. atqꝫ adſcribam mihi laudi quod tam ingenti & vaſto ſim corpore. Cũ in breuibus exiguiſqꝫ corporibus maiorem ſepe virtutem viguiſſe compertum ſit. Sed non videtur carere laude maieſtas forme mee: quam vti ſpecioſiſſimam ita ꝑfectiſſimam omnium eſſe conſtat. Mirum vero ꝙ quũ rotundum iñ orbem & pile in ſimilitudinem fabricata ſim: ac ꝓinde volui et labi facilis proprieqꝫ ſedis in certa videri debeã: ſtabilis contra tamen fixaqꝫ ſemper atqꝫ immo

ta cõſiſtam. Nunc age ſuſpiciãt pulcherrimos quib⁹ munita ſum
colles/altiſſimoſq; mõtes/videãt antra opaca. Valles apricas: vi=
as ſiue baſilicas et militares ſiue agrarias : ſiue vicinales ad ꝑme=
andum omnẽ orbem meũ tam patẽtes/tamq; apte/cõmode/ pul=
chreq; diſtinctas. Ne referã que in interioribus abſtruſa viſcerib⁹
meis gero ſaxa/ſilices/cotes/trophosve metalla/lapillos/ & gem
mas/quorum quumvarietas et aſpectus ſit admirabilis: longe ta
men ꝓfunda et prepotens que in eis latet virtus admirabilior eſſe
videbitur. Inde tot intueantur varias regiones et climata: tot ne=
ceſſarios frequenteſq; vicos et opida: excelſas arces: ꝑmunitas vr
bes: tot magnifice extructa templa/fora/theatra/palacia/ ſcenas/
circhos/thermas/domos/aulas/p̄toria. Tum loca ruſtica mire io
cũditatis atq; amenitatis/vineas/hortos/pomeria/ prata/ agros/
campos/dumos/ſiluas/nemora/paludes/ſaltus/et paſcua/atq; in
his varij generis olera / gramina/ ſiliquas/ſegetes/herbas/ radi=
ces/et flores. tubera item & fungos: dehinc arundines/iuncos/ ca
rices/cirpos/virgulta/fructices/arbuſta ſimul ac arbores/ tot va=
rijs vtiq; ac ſapidiſſimis onuſtas fetibus ſuis: preter ſuauiſſimos
quos deſudãt etiam liquores et lachrymas: preter ſummã quoq;
quam ſuppeditãt cõmoditatem nutriendi ignis: parande ſupelle
ctilis: compaginãdarum nauium: extruendorumq; edificiorum.
Que quum ita neceſſaria ſint vt ſine his tranſigi vita nullo modo
queat. Pulchrum eſt et illud intelligere: q̃ diuerſus ſit omnium ſa
por/odor/color/et forma/ q̃ diuerſa et prepotens virtus ac natu=
ra: quanto cuncta ordine ac ratiõe compacta: vt minimus quiuis
floſculus ſummam cuiq; eum recte contemplanti ſuſcitet ſapien=
tiſſimi ipſius ac potentiſſimi artificis laudandi atq; admirãdi cau=
ſam. Atq; vt infinitã que referri poſſet eorũ turbam p̄tereamus:
quantum eſt vt iacto quod tantillum eſt frumẽti grano poſtq̃ va=
pore tepefieri ſuo cepit prodeat primũ vireſcens atq; herbidum
proferat caput: tum quaſi per fibras cõceptum humorem diffun=
dens paulatim ſurgat in culmũ: ac ne tenellum adhuc quod latet
pubenſq; corpuſculum ledi forte contingat: vagina circũ protegẽ
te muniatur. demũ vbi e latebris exeundi tẽpus aduenit: tum pul
chra pulchriſq; inſtructa folliculis ac miro quẽq; ordine comple=
xa ſpica appareat: pro vnico longam ſecũ granorum referẽs aciẽ:
vt non tam pulchritudine q̃ vtilitate admirabilis eſſe videatur.
Cuius vt tutiores ab extranea omni vi et iniuria fetus reddantur

Vnuſquiſqꝫ etiam tanq̃ lorica et thorace contegitur gluma ſua: ariſta quoqꝫ quaſi haſta ad ꝓpellendos auiculaꝝ inſultꝰ defendiť vt apex vero galee in ſummitate ſpice iā mature eminet frit quod ita appellať.minus quidē q̃ granum. Inde magna multaqꝫ arte il le cōficiť cibꝰ:quo nullꝰ eſt advitam ſapidꝰ/ſuauis atqꝫ neceſſariꝰ Neqꝫ minorē ſui admiratione facit acini granum: ex quo vtiqꝫ tantillo vini liquor oriť:quem neſcio quis ſatis vnq̃ laudare poſ⸗ ſit.Nā vt verū dicam ſunt q̃ tu condidiſti o ſumme artifex plena omnia ſapiētie:plena maieſtatis:magna oīa:pulchra atqꝫ perfe cta:quibꝰnec demi aliquid vlla ex parte aut addi queat.Verū quū liquorē illū creaſti/ videris quicqd in te ingenij & ſolertie:quicqd virtutis & poteſtatis erat magnope collegiſſe:collectūqꝫ in vnius ipſius factura totū larga manu ꝑfudiſſe:tāta eſt eiꝰ iocūditas/ame nitas/ſuauitas/tanta in reſtaurādis/cōſeruādis/letificandiſqꝫ ani mis et corꝑibus vis:tātus vigor:tāta ſalubritas:gratia/dignitas/ natureqꝫ ꝓpe quedā affinitas.Q̄ꝫ generoſa eſt aūt eius q̃ illud pro dunt arboris ſpēs/&aſpectu ḡta.Nā tenue primo ſarmentū:mox ſtirps durior paulatim increſcit.dilatať ꝓpagibus. protendiť fla⸗ gellis.q̃ letas paſſim pullulant gemmas:vn̄ letior etiā vuaꝝ fetꝰ exoriť.Circū vero palmites et pampini quibꝰ ad arcēdos feruidi⸗ ores eſtus:quaſi vmbraculis q̄buſdā muniunť.Circū etiam capri⸗ oli quibꝰnec aliter ac intortis circinis ornanť.Qui et quicquid cō tingūt iniectis veluti manibꝰ capiūt tenaciterqꝫ perſtringūt. Hec quū pulchra admodū & leta eſſe quiſqꝫ ītelligat: lōge tn̄ etiā agri cole ſtudio et arte pulchriora atqꝫ letiora reddunť.Nā vbi vel ex malleolo vel ex minutiſſimo ſemine oriēs ſeſe aperit: ac profert in lucē:vt firmior in poſterū euadat reſecať tota:adauctiſqꝫ viribꝰ poſtea pampinať.quo reciſis ꝑtim ex ſarmēto q nati ſunt caulibꝰ melior:inde abūdātiorqꝫ ſuccꝰ miniſtreť. Dehinc circūfodiť/ abla queať/impīguať/arať/et ne glebe noceāt occať.Tum ne cadēs de⸗ orſum ferať:ꝓſtrataqꝫ iaceat adiuuať adminiculis. Suſtētaťqꝫ pe⸗ damētis et iugis.Inde vt membri cuiuſcūqꝫ ſui pars poſtulat: am putať/religať/coniungiť/erigiť/extendiť/ꝓferť/diſtinguiť/ ſocia⸗ tur/miroqꝫ ordine multis ſe vtrinqꝫ aſpicientibus ſociata diſponi tur.Hec ſatis:hec que ſpiritu carent/niſi & animatis referta orna⸗ taqꝫ corꝑibus:vberiore etiā amplioreqꝫ laude digna cēſerer.Quo rum et ſtature:et forme et nature diuerſitas:infinitaqꝫ prope mul titudo magnū oībus ea cōtemplātibus et noſtri decorē et facto⸗

ris miraculũ oſtendit. Iumentoꝝ enĩ & pecorũ quãta ſit pulchri- tudo ſimul & vtilitas omnes gnorunt. De feris aũt et beſtijs atq; ſerpentibꝰ fruſtra ſermo habendꝰ videt̃. Quũ puſilloꝝ animaliũ breuiorumq; vermiculoꝝ magna vtiq; ſit ſpẽs: maiorq; vis et in duſtria. Omitto cetera: ſed apes quis vnq̃ niſi vidiſſet crederet tan tum ingenij & artis: tantũ cure & ſtudij habere in fabricandis do munculis ſuis: tanta inter ſe viuere iuſtitia: tanta ſapiẽtia & aucto ritate. Nouũ ppl'm dicas: nouã rem publicã: cõmune eſt oĩm do- miciliũ: cõmunis ſoboles: cõmunis labor et operatio. Cõmuniſq; ſimul laboris & operatõis fructꝰ. vna volãt/vna cubãt/vna capi- unt cibos. Spurcitiã & immũdiciã horrẽt mirũ in modũ. Delectã tur aqua pura & mũda. delectant̃ cymbalis & plauſibꝰ: quibꝰ et ſi diſplicate fuerint in vnũ locum reducunt̃. Atq; ideo muſarũ volu cres dicte ſunt. Viuunt ſub legũ obſeruatione. Reuerent̃q; maio res natu vti ſapiẽtiores rei publice ſue gubernatores. Regẽ habẽt: cui & primas & eminẽtiores magnificẽtioreſq; vt principe digne videant̃. firmiores etiã & munitiores vt magis ſuſtentent̃ aulas et ſedes extruunt. De quibus ſi forte ceciderit erigũt ſtatim eũ: re- ponẽtes in thronũ regni ſui. Cui ſedule aſſiſtũt/fauẽt/parẽt/obſe- quuntur. Quem ſumma complectunt̃ & fide. Quem & quocũq; ie rit ſequunt̃ cõglobati eũ cingẽtes: ꝓtegẽtes: feſſumq; ſubleuãtes: et ſi volare nequerit: collo humeriſq; portãtes. Pro quo et pericu lum mortis ſubire minime reformidãt. Tantã ſalutis eiꝰ curã ge- runt. Nã mortuo eo quaſi tũc viuere neſciãt/torpẽt/triſtant̃/me- rent. neq; operi intendũt: neq; federa ſocietatis ſeruant. Ideo nec queq̃ e domibꝰ prodire audent niſi prius ille egrediatur. Debitũ ei tanq̃ principi honorẽ ſubiectionemq; exhibẽtes. Cuius & ſi legi- bus ac mandatis aliqua fortaſſe nõ paruerit: interficit ſeipam acu leo ſuo vltrix ipſamet peccati ſui. Rex enim licet aculeum habeat vtitur eo magis pro dignitate q̃ pro vindicta. Porro & hec licet ſub imperio viuant: non ſunt tamen priuate libertate. Nam et ar bitrium habent conſultandi ſimul: proferendiq; ſententias ſuas et iudicia rogandi leges et iura: quas preteriri non licet creandi populos: et cum maior turba ſupercreuerit emittendi tanq̃ colo- nias: conſtituendi regem: quem etiam perpenſo certi iudicij exa- mine et ratione non ſorte eligunt. aut ſuccedendi vllo iure. pri- uataue cuiuſq̃ affectione quem quoq; interficiunt ſi maligne deprehenſus fuerit eſſe nature: queruntq; alium mitiorem cui ſe

ſubdant. Et cum plures ad principatū aſpirant ſeditione cōmota ciuili: quaſi bello grauiter inter ſe pugnant: donec vilioribus pulſis nobiliore palmā obtinente recōciliate rurſum dulci inuicem amicitia et pace cōquieſcunt. Diuidunt vero inter ſe adminiſtrationes et officia vti queq; gnare eorū et experte magis viſe fuerint. Namq; alie eliquando alie cōponendo in domibus melli vacant Et alie mel a cera: cui erat īmiſcatum aqua diluunt. Pars etiā conſtruendis fauis inſtat. Pars fingendis et complanādis ceris. Pars quoq; cōtundende mollificandeq; pedib9 materie: facientes ſibi domos atq; earm primo cubilia. Deinde quaſi mellis preſepia & apothecas. idq; tanto artificio vt non dedalus certe aptius ſolertiuſq; gnorit eos ordines/mēſuras/ꝓportiones/ equalitates: texturas/orbeſq; diſponere. Tum videas quaſdā ſuggerere pleraſq; ſtruere. nōnullas polire. īde alias aliū īpam intus lenire amarioribus ſuccis p̄cauentes quarundam beſtiolarū inſidias. Alias caſtrorū cuſtodiā ad portas ſeruantes. Nam alternis dormiūt inſtar armate militie. nec minus fucis et veſpis nocentibuſq; quibuſq; vermiculis propellendis intentas. Alias excremēta earum que int9 operantur congerentes in vnum atq; foras mittentes. Nam que extra exercentur inter volādum ſe purgant propter nimiū quem intelligunt fetorem. Alias quoq; explorandis ventis & imbribus ſpeculandiſq; nubibus prepoſitas: omnes vero procreande conſeruande inſtituendeq; prolis curam ſummam gerentes: replenteſq; ijs fabricatas iam crates et cellas. licet quod mirum dictum eſt ignare omnino cōcubitus: tantus eſt eis amor caſtitatis. Opere autem precium eſt videre quum pabulatum exeunt. audito enī ſono bombi quo bis vel ter tanq̄ ſigno dato a cuſtode caſtrorum excitantur. Si temperiem celi vident prouolant omnes ad opus procedentes. Intenduntq; certatim labori: inter laborandū ludo ſe alacri letaq; hinc inde giratione per riuos et gramina: per amenos et ſuaue olentes ortos ſumma cum oblectatione curarumq; remiſſione exercentes: nunc he flores pedibus: nunc ille aquam et guttas ore comportātes: onuſte deniq; omnes roſtro cruribus alis/totaq; corporis lanugine redeuntes. Depoſitaq; ſarcina tum demum vt a ſiti caloreq; refrigerētur potum euntes. Nec deſunt que domi expectātes preſto adſint: excipienteſq; onuſtas et feſſas exonerent. Rex quoq; ipe intus ſa ellitibus ſuis comitatus circuiens omnia opera. Nunc has exortatur/ nunc illis mandat. Que

ſeniores ſunt intra ſepta operantur: alie tanq̄ robuſtiores extra
ad opus exeūt. que ignaue & ab opere ceſſantes deprehēſe ſint ca
ſtigantur ſeueriſſime atq; interficiuntur. Quum conſumpti qui
proximi erant flores fuerint mittūtur ſpeculatores ad indagan-
da vlteriora paſcua. Si quas nox interceperit excubāt ſupino cor
pore vt a rore ꝓtegant̄. Si a flatu aduerſo aut ꝓcella ↄphēdāt̄ app̄
hēdūt lapillos quoꝝ pōdē librate ſe tutant̄: nec lōgi⁹ a terra volā
tes diſcedūtq; vero domi ſe recepūt: quū nox aduētauerit: pſtrepe
re in aluo incipiūt nec ꝑus ceſſant q̄ qua excitate a cubili fuerūt ea
dē bōbi bucina ꝑ cuſtodē muros circūeuntē atq; ad id ꝑfectam
rurſum quietē feſſis corpuſculis dare iubeant̄. Que cū nimiꝝ oīa
ſint admirabilia: lōge tn̄ etiā magis augebit̄ eoꝝ admiratio ſi am
plius itē attendat̄ nobiliſſim⁹ q inde mellis & cere fruct⁹ orit̄ taꝫ
ḡtus & placēs oībus: neq; ſolū delectans ſed ſaluti inſup corporū
multis cōferens modis: vt nō iā mirari oporteat thauros/leones
tigres/elephātos/ceteraq; hmōi tā excelſa robuſtaq; corpa: quū p̄
ſtantiores multo in minimis animātib⁹ natura vires oñdat. At ſi
quos dep̄ſſa hec forte min⁹ mouēt: ſuſtollāt p̄cor oculos alti⁹: cō
templent̄q; ardētis illius celſi etheris globos vn̄ vim vtiq; maio
rē capio. Aſpiciant latiſſimū hūc quo circūfundor puriſſimūq; ae-
ra tāta refertū ornatūq; multitudine auiū: q̄ & cibo guſtū et cano
re auditū & amict⁹ decore viſum q̄maxime delectāt. cui⁹ p̄terea
letior fortiorq; ſum luciditate/ſalubritate/ leueq; ſpirātium aura
rum afflatiōe cui⁹ rore & imbrib⁹ irrigor tota. Irrigata fecūdor. fe
cūdataq; vberrimos cūctis animantib⁹ fruct⁹ & alimenta ſubmi
niſtro. Intueant̄ hoc ingēs & lōge lateq; diffuſum mare: qđ mira
me maieſtate circūplectit̄: fouet/tuet̄/et habūde ditat: continenſq;
ſe terminis ſuis placide lābit: & ne qua ex pte ſuffocer timēs fideli
me reuerētia q̄ſi famulatū exhibere videat̄ obſeruat. tot īſigne na
uigijs/inſulis/cātibus/rupib⁹/ripis/littorib⁹/ſtationib⁹/portib⁹.
Vnde tanta cōmunicandarum peregrinarū gentium tranſuehen
darumq; ex omni orbe frugum et mertium cōmoditas habet̄. vn
de tot oriuntur flumina/ fontes/putei/lacus/et ſtagna tantam ex
undātia largitatē aquarū quibus paſſim & herbarū olerūq; ſiccita
ti et cunctorum animantiū ſiti indigentieq; cōſulitur. Tātas pro-
ducentia vbertī piſciū opes ad publicā vtiq; neceſſitatem patas. q̄
rū varietas/ſapor/nūer⁹/vtilitas mīme vll̄ explicari verb̄ poſſint:
vt de his q̄ ad ornamentoꝝ colorūq; lenocinia inſtruēda legunt̄

vnionib⁹calculis/teſtis/cōculis/nihil dicā. Et ne quid tāte opulē tie:et pulchritudini mee deeēt. dediſti mihi O maxīe opifex ſocie tatē hoīs:q nūc p̄ſens & tibi aſtās diu me orātē audit:& vt audiat q̄ maxime letor.Quē licet ſiīem tibi ſolū creaueris:ex me tñ vt cō pagem corpis ſui ſuſcipet voluiſti.Quo vno & ſi oibus que ſupra memoraui carerē:felix certe & pbeata ac ſupra ceteras creatas res gl'ioſa iure merito iudicari poſſū. Vt mater ego facta ſim illi⁹ aīan tis:qđ eſt ſpiraculū & imago diuinitat;: qđ eſt tā gnoſis & magnis ornatū dotib⁹:qđ eſt tot & tātis magnificatū celeſtib⁹ donis. Nā qs formā corpis ei⁹ ſatis laudare & admirari q̄at:ſolā erectā:ſolā cū cetera aīantia deorſum aciē ferāt ſuſpiciētē celos:& vñ ſpm̄ tra xit q̄ſi originis ſue memorē illo vult⁹ atq; ora tollentē. Tot p̄ter ea decoris officioſiſq; mēbris cōpactā:ſenſib⁹ animatā neruis cō= nexā:arterijs pfuſam.Quis moꝝ ei⁹ elegantiā/cultū: ciuilitatem viuēdi rit⁹ leges & inſtituta:qs iuſtitiā/clementiā/benignitatē/ re ligionē/ceteraq; p̄ſtātia & īnata ei ſemina fomiteſq; virtutū.Quis deniq; ingeniū/ſapientiā/iudiciū/memoriā/ſtudia/artes/ & diſci= plinas.Quib⁹ tot illi adiumēta/emēdata/exculta/expolita/ decre taq; ſūt:qb⁹nihil ē tā difficile & altū qđ nō ab illo īueſtigatū/ſcru= tatū/cognitū/intellectūq; ſit.Quid eſt qđ dici poſſit maius intelle= ctu ei⁹ p̄mū q̄ oīa cōp̄hēdit. dehinc rōne qua intellecta etiā queq; & cōprehēſa diſcernit.Demū voluntate q̄ tanq̄ regina ambob⁹im perās ac iura dicēs illi data ē:vt ꝑ ſtudio & captu ſuo oīa ageret et operaret̄:vt cū cape cuncta poſſet atq; diſcernere:ꝓprij ne vtiq; ar bitrij libertas ei eriperet̄:quod eſt tam magnum preſtans & excel lens donū Lōgior fui q̄ inſtituerā:ſed ignoſcendum eſt magnitu dini ſimul & multitudini rerū que breuiore non potuerūt ſermo= ne recenſeri.Quib⁹ et ſi cūctis ſingulatim explicandis inſiſterevel lem:vereor ne citi⁹ dies etiam geminata q̄ oratio ad finē pueniret Cum igitur talē ac tantam tamq; immenſis & admirabilibus or= natam me bonis eſſevolueris o rex omnium ſumme ac munificē tiſſime quis erit qui glorie et excellentie mee audeat ſe non dicam ſuperiorem ſed nec equalem profiteri?

¶Sol loquitur.

HEc cum terra ingēti cū omniū inferioꝝ corporu; aſſen ſu & leticia verba feciſſet: videret̄q; iā nihil eſſe quod il li p̄ferri poſſet.ſurrexit ſol placido & hilari vultu adhor tante eū:roganteq; plurimū ſocia circūferentiū celeſtiū

corpoꝝ turba: aduolutuſꝗ ſummi factoris pedibus iuſſus demũ hmõi orationẽ habuit. et ſi nõ dubitẽ ſapientiſſime rex & cuncto‑rum parẽs qcquid in me pulchrũ & laude dignũ eſt te ꝗ totũ crea‑ſti me etiã tacẽte intelligere: tñ vt & volũtati cohortantiũ me tan tope ſocioꝝ meoꝝ & ſuſcepto defendẽde pñtis cauſe muneri ſatiſ faciã. aggrediar aliquã quũ ꝓ iure meo / tũ ꝓ laude tua dicẽ: atꝗ id q̃ paucioribꝰ potero verbis ſatiꝰ ducẽs breui certaꝝ magnarũꝗ rationũ cõtextu q̃ ſupfluo ꝓlixioris ſermocinatiõis ambitu / q̃ di‑cẽda a me ſunt demõſtratũ ire. Neꝗ vero negauerim p̄ſtãtiſſimas q̃s mõ de ſe terra recẽſuit atꝗ p̄clariſſimas dotes eſſe. haud enĩ qđ pleriꝗ ſolẽt ea eſt nature mee ꝯditio vt alioꝝ laudes in minuẽdo ãpliores meas efficere putẽ. Verũ & recte eã ꝓ modeſtia ſua factu ram exiſtimo: ſi magnas excelſaſꝗ res ſuas quas & ego vberrima laude dignas confiteor ita extollat: vt aliorũ ſi que ſint vel pares vel ſupiores cõmemorari etiã equo aĩo patiaꝛ. credo aũt ſi quãtũ ego eam tantũ me illa altitudine ſuparet: vt quẽadmodum mihi oẽs opes et vires ſuas: ita illi meas intueri et diſcernere liceret. mi nime eã vnq̃ ſuſcepiſſe huiuſcemodi nõ tam difficile q̃ moleſtũ ne gociũ. Quamq̃ nõ ſatis admirari poſſum: tã copioſe ĩpam et eni‑xe in extollẽdis rerũ ſuarũ laudibꝰ orationẽ ſuam extendiſſe qua‑ſi ignorare videaꝛ nihil in eis eſſe pulchritudinis & grẽ quod nõ vi virtuteꝗ mea ꝑficiatur: attribuendũꝗ ſit benificentie magis mee & benignitati: cuiꝰ ſi forte oblita eſt / neſcio q̃ ſapienter hoc factũ exiſtimari debeat: q̃ caute ꝓſpiciat: cõſulatꝗ vtilitati pariter et di gnitati ſue. Dicat mihi ſi retrahere liberalitatis mee manũ propo nerem denegarẽꝗ ampliſſima que hactenꝰ impendi ei beneficia. qđ ꝯſilij caperet: vbi tũc que modo ita gloriabũda iactauit: vbi tũc vinearũ / hortorũ / pratorũ / agrorũ / ceterorumꝗ eiuſcemodi ame nitas ſimul atꝗ fertilitas: vbi tunc olerum / herbarũ / graminũ flo rumꝗ letitia. vbi harũdinũ / iuncorũ / fruticum / virgultorũ ac ar‑borũ opes: vbi culmorũ ſpicarũꝗ pulchritudo: vbi vini ſuauitas vigor et gratia: de his maxime loquor q̃ maximope etiã laudauit vbi tũc metalla / gẽme / lapilli: cõcule. vbi innumerabilis illa admi rabiliſꝗ multitudo iumẽtoꝝ: pecorũ: ferarũ: beſtiarũ: ſerpenrũ. volucrũ. piſciũ. p̄ſertiꝗ apũ quaꝝ laudes lõgiore ſmone ꝓtraxit: vbi deniꝗ hõ tãtis & ĩpe laudibꝰ ꝯmẽdatꝰ: ꝗ & ꝓ meritꝭ certe a ne mĩe ſatꝭ vnq̃ digne laudari poſſit. Nõne hec vigore meo oĩa gñan tur. nutriunꝛ. fouenꝛ. ꝯſeruãꝛ. augenꝛ: quoꝝ decor & fructꝰ ſi lau‑

dē vllā ꝓmereri videť / vtiqꝫ illi qui eorū fomes & origo eſt iure merito magis aſſcribi debebit q̄ ipa quoqꝫ ꝑ ſapientia ſua nō mo do deinceps aſſcribet ſꝫ et inſup mihi grās aget: quē tot tātorūqꝫ bonoꝶ ſuoꝶ manifeſte auctorē intelligit: quibꝰ quotiēſcūqꝫ etiā priuareť qđ mee poteſtatis eſt. quid ea deformiꝰ: vilius: abiectiꝰ: miſerius: q̄ cūcta quū ita vera eſſe vt oſtendi fateri icipiet: illud eti am quod de aeris p̄ſtantibꝰ donis aſſerunt virtute totū mea fieri nō negabit. Nam fimbres primo quibꝰ illa irrigať atqꝫ fructificat attraho ego ex ea vaporibus coactis in nubes: diſſolutiſqꝫ demū ad cōmunē inferiorū reꝶ vtilitatem deſcendere iubeo. Sed & au= rarum lenis grataqꝫ ſpiratio puritaſqꝫ eius & ſalubritas fulgor. Itē & plucēs claritas cui niſi mihi ſint attribuēda: q vi radioꝶ me orū oīa purgo: oīa illuſtro: qui quicqd triſte: malignū. nebuloſū peſtilēſqꝫ diſpello prorſꝰ & diſſipo. ex q̄ etiā multi me arcū & ſpi= cula geſtare tradideřt. Qui fugo noctē: diſcutio tenebras: vn̄ & di uinatiōi occulta ꝓdēti p̄eſſe creditꝰ ſum: q pulchꝶ & cadētē reue ho diē. luceqꝫ & ſplēdore totū ipleo orbē atqꝫ letifico: quā ob cām fuere q palla me quoqꝫ aurea indutū eſſe ꝯfinxerūt. Quid vero de aqs loquar: quaꝶ ēt ipa bonis maxime locupletať. q̄ nec minꝰ vi= gore meo fouenť & ꝯſeruanť. Quid de ardēti altoqꝫ ethere: a q̄ cir cūcincta maiorē quoqꝫ ſe vim cape memorauit. cui & ego qcqd hꝫ luis / calorꝭ / ardoris / ipēdo. Quid de tota deniqꝫ elemētoꝶ machi na: vn̄ & robur illa vitāqꝫ ꝑcipit: q̄ niſi potēti etiā & mira virtute mea ꝯtinerenť: ꝯciliataqꝫ ꝑpetuo: & amico pacꝭ federe cōſeruarenť ruerēt: nimiꝶ dilaberenť: ineternūqꝫ ꝓrſus interitū irēt. cuiꝰ rei cā q̄drigā ēt mihi auratā q̄ q̄ttuor vectꝰ equis ſtarē: q̄ttuor vtiqꝫ dici vices & ꝯditiōes expmētibꝰ aſſcripſerūt. Que cūcta cū magna ſint & p̄clara nō videri debꝫ ēt exiguū ꝙ ſucceſſio illa iuicē dierū et no ctiū: diſtictio horaꝶ: diuiſio āni: ꝯmutatioqꝫ tpis: tāte cā pulchri= tudinis & ꝯmoditatꝭ nō aliūde q̄ ex me cōſtat. vn̄ etiā cor celi & vi ta vocatꝰ ſum. Nō itē minimū putandū ē ꝙ oēm ego vigorē virtu tē & ſapiētiā qbꝰ mundꝰ regiť / q̄ſi fomes qdā ſubminiſtrē. vnde & mēs mūdi ſum appellatꝰ. Nec cōtēnēdū ꝙ lumie meo q̄ nō aliud maiꝰ oīa intuear. oīa pſpiciā. oīa penetrē. qđ q aīaduerterūt recte etiā oculū mūdi noīarūt. Eximiū vero illud ē: ꝙ cū tāta operer tā ta cōficiā. pſto ſemp et ſi idē atqꝫ pſeuero nunq̄ laſſatꝰ: nūq̄ defati gatꝰ: nunq̄ a vi virtuteqꝫ mea deficiēs: ꝓpť qđ & iuuenili me facie intōſoqꝫ capite deſcpſerūt. Hec habui q̄ referrē bona mea mag̃ q=

dē atq; ꝓſtātia: q̄ & quō terra ig̃rauit vehemēt admiror: cū his lō
ge ornata longeq; aucta ſit. Verū nec alia obmittēda videnť maio
ra certe ac ꝓſtantiora: que ſi & ſe ignorare dixerit nulli erūt tamē
eius culpe ꝙ neq; multū ad eā ptineant ad ſcribenda. Nā quod ſi
ne iniuria ſocioꝝ meoꝝ dicā: ſupemineo ego oībus luce poteſta=
te et virtute mea tanq̄ rex & princeps: q̄re qui me diligēter ſcruta
ti fuerūt coronā etiā capiti meo. xij. radijs illuſtrē ad imaginē. xij
vtiq; horaꝝ totidēq; mēſiū impoſitā eſſe voluerūt. Tātus quippe
eſt ſplēdor lucis mee: tantaq; vis/ vt oriente me cetera quātocūq;
fulgore radiēt ſydera q̄ſi obſcurari et deficere videanť. nec quod
magne matri terre modo accidit moleſte ferunt adſcribūtq; dede
cori me eis añferri: quin vt comilitones obſequentiſſimi/ memo=
reſq; bñficiorū andiūt me libēter hec referentē: agūtq; g̃as pro=
pter cōmunē quā pcipiunt ex me nec leuē quidē cōmoditatem &
fructū: medi⁹ eī ego inter oēs lucē/ vitā/ temperiēq; eis infundo:
curſ⁹ eoꝝ quaſi legib⁹ guberno. impello vti queq; res expoſtulat
atq; coherceo: vigore deniq; meo et virtute replebo eos: roboro/
animo/ ſuſtineo et ꝯſeruo. p̄dulciq; inſup & miro reſonās impleo
ac moderor cōcētu & armonia qcunq; mecū ſiřī quoq; curſu exer=
cenť. vñ lira me canere muſiſq; p̄eſſe dixerunt. Quid vero q̄ mino
ra ſunt cōmemorabo nūc bonitatē lenitatēq; dulcis nature mee
q naſcentē hominē p̄ueniēs tantā influens ei infundo venuſtatis
pulchritudinis ꝓbitatiſq; g̃am: tantam virtutū inſigniūq; morū
elegantiā: vt grat⁹ certe om̄ib⁹ et accept⁹ felixq; ſemp ſit & pbea=
tus: cui⁹ me cuſtodiā & regimē p̄uentu influxuq; meo habere cō=
tigerit. Quod deniq; laudabo corpis mei magnitudinem ſimul &
rotūditatē: qb⁹ & ipa ſe plurimū extulit: cum ſim ego ſeptuplo ea
maior: et p̄terea ita in orbem factus: vt quum ipa nunq̄ oīno mo
ueať: orbicularitati mee mira q̄dā et incredibilis mobilitas ac ve=
locitas adiūcta ſit: q̄ tanta eſt/ vt totā mūdi machinā q̄tidie curſu
meo circūeam: rediēs ſingulis ſemp dieb⁹ vnde diſceſſi. Video iā
me ꝓmiſſe breuitatis metas exceſſiſſe ſed lōgiora mea verba facē
coegit/ lōgior vtiq; aduerſe ptis oro q̄ ne paucioríb⁹ qdē reficē fa
cile potui verbis. tuū nūc eſt O ſumme opifex q oīa & ſupiora ſi=
mul & iferiora ꝯdidiſti: eā q̄ añq̄ qſq̄ nr̄m loq̄reť aio iſederat tuo:
ſnīam ferre ego qcqd ꝓtuleris ſtatueris: cēſueris ſuſcipiā ſine vlla
moleſtia/ ſeq̄r/ colā/ eternaq; obſeruatione cuſtodiā. q cūcta ſapiē=
ter cogitas: & prudenť facis. & recte adminiſtras & iuſte ſemp ſan=

cteqꝫ iudicas. Hic ſol finē dicēdi fecit: tātuſqꝫ eū fauor & aſſenſ⁹ cir cūſtātī q̄ſi inumerabil̄ ppl̄i ſecut⁹ ē vt iā illi iclinata nō tā iudicī q̄ oīm ſimul ſnīa credi poſſꝫ: ipa quoqꝫ terra demiſſa iādudū & ſub triſtis altis qdē et arduis ei⁹ rōnib⁹ minime aduerſari videreť: quū ſubito auꝝ iocundiſſima ſe facie ꝓtulit in mediū poſtulās orādi locū nō ſine ingēti excuſſo oībus riſu. pollicēs vero p̄ſtātiores eti am lōge oibus que an̄ ab aliȷs narrate eſſent vires ſuas ſe palā oſtē ſurū: cōfirmaturūqꝫ tam claris rōnum teſtimoniȷs vt non lux ipa clarior habereť: tantā cōmouit oīb⁹ indignationē: vt nullo ferē= dam modo ei⁹ tā ſtupendi hebetis ignauiqꝫ corpis audaciā nullo audiendū ipm pacto vnanimi voce cōclamarēt. Quod nō paſſus iuſtiſſim⁹ cunctoꝝ pater et iudex: ſinite inquit vt nemini denegeť libertas dicendi que velit. auditur⁹ ſum ego nō tā equo q̄ libenti aīo: ipos etiā vermiculos terre. loquať age quicunqꝫ ſit ſi quas ha bet laudes ſuas. Tum facto ſilentio cōuertens ſe ad maximū iudi cē magna cū oris leticia auꝝ ita fari cepit. ¶ Auꝝ loquiť.

SI quemadmodum cupio: et rationi ſimul cōgruere vide tur tale eſſet oīm qui hic adſtant iudiciū: vt excellentiā cuiuſqꝫ & gloriā ex recōditis magis latentibuſqꝫ intra vi rib⁹ operūqꝫ effectu q̄ ex fucato fallaciqꝫ apparentis vul tus aſpectu inaniqꝫ quaſi q̄dā vmbra metireť. Nō dubitarē. o ſum me idē nr̄i iudex et factor me vna cunctorū voce ſupra q̄cūqꝫ ſiue ſurſum ſiue deorſum ſint corpa ꝓbatum hodie & exaltatū iri. Spe rarēqꝫ ex riſu atqꝫ indignatiōe/ quā nunc ſubortā in me video. in admirationē ſe magis ac beniuolentiā mei oēs cōuerſuros. Nā vt ſum ego minime pulcris nature ita apte. qcquid in me argui dā= nariqꝫ pōt nemine etiam aduerſante vltro cōfitebor: tenuitatem enim p̄mo puſillitatēqꝫ corporis mei q̄ cūctis manifeſta eſt nemo credat auſuꝝ me vnq̄ negare atqꝫ ꝓtegere. Nemo p̄terea exiſtimet motus aut ſenſus qbus careo affirmaturum vnq̄ grām vllā in me vigere. Quin illud quoqꝫ atteſtabor liberrima voce natū me intra terre viſcera ac ſolis vigore coalitum quos laude ſua fraudare ne= quaq̄ eſt mei inſtituti. veꝝ q altiorem ꝯſecuti ſunt mentē rogo ne his exteriorib⁹ quib⁹ iners vulg⁹ plurimū falli cōſueuit animum vllo modo intēdāt: erigāt acumē ingeniȷ: cōſiderētqꝫ diligenti⁹ ſi quid int⁹ latet magnū & p̄ſtans: ſcrutanteſqꝫ id exacta rōne puide ant ne deſpiciat quiſq̄ corpuſculum meū: cuius ſi latētes in archa niſqꝫ ipis receſſibus abſconditas vires intellexerit/ nihil eo maius

fortius/robuſtius/potentiuſqꝫ eſſe fatebit̃: ne cõtemnat aliqs ſpo
liatũ me omni motu ꝓrſus & ſenſu. Cũ nihil ſit ſub orbe qđ nõ vi
gorẽ meũ ſentiat: qđ nõ immotꝰ ego moueã: ex quo velim trahã.
hoc vno ſi dicere fas eſt tibi deo magno pſiꝉis: q cũ nunq̃ mouea=
ris: moueri tñ oĩa nutu tuo facis. Nec moleſtũ aut ſoli pr̃i: aut ter
re matri eẽ debebit. ꝙ filiꝰ eos virtute & viribꝰ añcedat. qđ de nul
lis vnq̃ parentibꝰ auditũ eſt: quoꝝ vt ẽ in genitos ſuos lõge amor
ingẽs ac ꝓfuſus: ita et letitia cũ ſe ab eis virtute vel eq̃ri vel ſupari
etiã intelligũt. Illud aũt qđ vereor rogatos oẽs velim ne me arbi=
trent̃ tã cõſtãter orãdi hoc munꝰ aſſũpſiſſe: ductũ inani ea maxĩe
mei eſtimatione qđ ſim cõe ornamẽtũ ſtatuaꝝ/tẽplorũ/veſtiũ/zo
narũ/ſpiteꝝ/armillaꝝ. aliorũqꝫ eiuſcemodi: qđqꝫ p̃ excellẽtia ma
terie mee nõ niſi a paucis geſtari cõſueueri: ac magnis ip̃is qdẽ &
ſingꝉari aliq̃ vel dignitate: vel nobilitate: vel doctrina p̃ditꝭ viris
ad exp̾mẽdũ demonſtrãdũqꝫ glorioſum eaꝝ decꝰ & ſpecimẽ: ne q̃
ſo aliqs iſta de me ſibi in animũ inducãt q̃ tanta fero cum amari=
tudine: vt quũ oĩa ad ſummã mihi felicitatis plenitudinẽ obue
nerint/ꝉꝰ vnũ tñ ne oĩno exps eſſem alicuiꝰ miſerie & calamitatis
euenit vt teſtĩonio meo qđ publice oſtendat̃ viliſſimꝰ qſqꝫ & qđ
freq̃nter accidit etiã egentiſſimus claro gñe ortus: aut ptãte aliq̃
p̃ditꝰ magna iudicet̃. quoqꝫ nihil ẽ indigniꝰ vt lr̃aꝝ impitiſſimi ac
quiqꝫ ſtolidiſſimi hoĩes p me doctiſſimi ſapiẽtiſſimiqꝫ vel habeãt
vel ſe haberi velint. Veꝝ ita eũt humane res vt nemo ſit tã magnꝰ
potẽs/ gꝉioſꝰ/ oĩbuſqꝫ habũdãs bonis q nõ triſte aliqd aduerſũqꝫ
habeat vñ angat̃: magnaqꝫ cruciatꝰ ex pte torq̃at̃. Nulla ẽ tanta ꝓ
ſperitatis & glorie dulcitudo q̃ nõ inuiſi alicuius mali felle pfuſa
amareſcat. nulla eſt tãta ptãtis eminẽtieqꝫ magnitudo q̃ nõ g̃ui
aliq̃ aliũde mole ornata/ vltraqꝫ modũ fatigata dep̾mat̃. Hec igit̃
qbꝰ vtinã carerẽ nemo putet magni me aliqd facere: nemo exiſti=
met ad gꝉiam me & excellentiã meã ducere. Alia ſunt alia virtutꝭ
& dignitatis mee monimẽta: q̃ vbi explicaueri magna nihil ambi
go oĩm iudicio atqꝫ excelſa cũctiſqꝫ merito: q̃ in cõpationẽ mecũ
ducant̃ ſupiora videbunt̃. Nã vt dulcis leniſqꝫ nature mee p̾mo ad
mirabile donũ referã/tãtam quã in me habeo gr̃am ĩfundo in om
nes: quoꝝ vtar cõtubernio et familiaritate: vt ſi qd in eis offende
rim triſtitie & meroris expellã ꝓrſus: iocũdoſqꝫ ip̃os hilares gau
dẽtes ac letos ſemp efficiã. ſin et aliq̃s inuenerim timidi & puſilli
cordis: ſecuꝝ vtiqꝫ illis addã aĩm ĩgẽtẽ atqꝫ incõcuſſũ: dubios fir

mē: errātes dirigā. labētes erigā. ex ignauis deniqꝫ induſtrios: ex inertibꝰ ſolertes. ex balbutiētibꝰ explicatos. ex elinguibꝰ eloqn-tes: ex moroſis faciles. ex tardis ꝓmptos reddā. ex īdoctis doctos ex ſtolidis ſapiētes. ex vilibꝰ & abiectis gn̄oſos & claros videri fa ciā. Atqꝫ hec ita tn̄ operer. ſi & ipi q̄qꝫ cū qbꝰ verſor morē mihi ge rere natureqꝫ mee ſtudeāt mīme aduerſari. q̄ libero frui aere ſpa-ciariqꝫ hicide letat̄. quā delectāt varij diſcurſꝰ varieqꝫ agitatōes q̄ marcere ignaua qete nō patit̄: q̄ detineri alicubi diutiꝰ moleſtiſſi-me fert. q̄ refugit noctē. odit tenebras: horret ſtrictiora: obſrataqꝫ firmiꝰ habitacl'a. ſi carceres noīauerꝫ / mortē ill' data optiōe tāq̄ mi tiorē eligēs anpōet: q̄re qſqs meā meruerit ꝯuerſationē ignarꝰ tn̄ ꝯditiōis et nature mee crediderit me occultū domi tenere: in recō-ditiſqꝫ clauſū locꝫ ſuare: ꝓuareqꝫ dulciſſima q̄ tm̄ gaudeo libertate mea: diſcurrēdiqꝫ & quocūqꝫ libuerit ꝑuagādi facultate q̄tūcūqꝫ iiſ me amet: colat / āplexet̄ q̄tidie / & deoſculet̄: nll'o vnq̄ tn̄ mō ſperet fruiturꝫ ſe aliq̄ mei iocūditate. imo ꝯ ſi ſua ꝑte natura fuerit ipē io cūdiſſimꝰ atqꝫ letiſſimꝰ cōtinuo in ſūmā miſerabilēqꝫ ꝓlabit̄ triſti-tiā: aīmiqꝫ meſtitudinē. Si aīo itē fuerit ſecuro nobili atqꝫ excelſo: fit itidē q̄ſi mutatꝫ corꝑis humoribꝰ ſorice pauidior. cuniculoqꝫ ti midior: ī cūctꝫ dubitare / freq̄ntiuſqꝫ errare & labi īcipit. ex īduſtrio fit ignauꝰ. ex ſolerte iers. ſiue veſtiat̄: ſiue cubet: ſiue negociet̄: int̄ ruſticandū quoqꝫ aut peregrinandū inſidias vndiqꝫ ſemꝑ ſibi pa rari putat. cuncta ei ſuſpitionē: cuncta terrorem incutiunt. fac ve-ro fuerit facūdiſſimus: lingua illi nodis implicari videbit̄. fac vite illum facilitas cōmendauerit: fiet illico moroſus & duro cerebro. fac prōptitudo laudauerit / eius mox tarditatē et ſtupiditatē qſqꝫ accuſabit. fac deniqꝫ doctrina / ſapiētia / ac genere clarus extiterit nō aliter tn̄ ac ſi nihil horū in eo vigeat habebit̄. ita ꝓdeſt volun-tati mee nō cōformē ſe habere: ita ꝓdeſt nō viuere moribꝰ meis / repugnareqꝫ optime ac dulciſſime nature mee: de qua hactenus hec dixiſſe volui. Nūc ad exponēdas arduas quidē ac prepotētes vires meas veniā in quibus oīe glorie et excellentie mee funda-mentū iacietur. atqꝫ in primis ea que terra primo vtiqꝫ laudi ſibi et merito ſane attribuit / attingā vicos ſcꝫ oppida / arces / vrbes / tē pla / fora / theatra / palacia / ſcenas. circos. thermas. domos. aulas. pretoria. nū iſta quoqꝫ ſibi Sol audebit aſſcribere? num hec quoqꝫ iactabit cauſa ſua ita eſſe extructa atqꝫ magnificata: qui ſe omniū quibus terra ornatur bonorum auctorē eſſe ꝑdicauit? Dicat age.

dicat ſi ſapit quid in his que tam magna/ illuſtriaq; ſunt eorum quoq; multa ad degendã vitã oĩno neceſſaria: qd poteſtatis ſibi vendicat & auctoritatis: quo℞ null⁹ ẽ tã exigu⁹ lapis: tã tenue fer ramẽtũ: tã puſilla trabs: que ſine me coaptari vnq̃ ſuo loco potue rit: qbus ego nõ interuenerĩ: qbus nõ opẽ manũ pricipiũ deniq; ꝓſperũq; euẽtũ p̃ſtiterim. Cui p̃terea eo℞ picture/ meruſcationes laq̃ationes/ celature/ ſculpture/ eiuſcemodiq; alia ornamẽta mira arte et ĩgenio edita: cui niſi mihi tãq̃ certo et ĩdubitato auctori at tribuenť: quo aũt modo cõis q̃ in eis habeť cohabitatio niſi vices meas interponerẽ pſtaret: quomodo publice neceſſitati et indigẽ tie niſi ego ſubuenirẽ ꝓuidereť? Quis adeſſet ſi me abeſſe ꝯtinge ret. qs cõſuleret niſi inťeſſem? qs adiuuaret niſi opem ferrẽ? qs ſuc curreret niſi on⁹ oĩm ego ſuſcipem? quis vbi plus equo aliq oĩb⁹ ad victũ neceſſarijs abũdarẽt? atq; alij hoc alij illo egerẽt. qs p̃ter me efficere poſſet vt ab eo cui nihil oĩno deeſt ſubueniret illis q̃ verbi cauſa vel frumẽti/ vel vini/ vel indumẽti/ inopiã ſuſtinerẽt. quis deinde vbi ego deficerẽ? quis vel mercãdo vel artes ſine qui bus ciuitas ſtare nõ põt operãdo vitã ſuã coleret? qs operi vlli la borãs inſiſteret? Ita ſine me nec piſcator vll⁹/ nec ſutor/ nec faber/ nec textor/ nec pigmẽtarius/ non deniq; cuiuſuis rei vllus opifex. Ita ſine me nec quiſq̃ curã vllius negocij adminiſtrationẽve ſuſci peret: ita nec ꝓſeneta/ nec inſtitor/ nec licitator/ nec tutor/ nec ne gotiorũ geſtor vll⁹ habereť. Ita clauſe taberne oẽs. Clauſe celle et apothece: nõ eſſent nũdine. emporia vacarẽt. mercata ceſſarent. ita neq; põderũ/ neq; libra℞/ neq; menſurarũ vlla mẽtio. Quid vero de doctrinis oĩb⁹ atq; diſciplinis loquar: que tãtũ curãdis animis ſimul & corpibus p̃ſtant adiumentũ. Quis me ceſſante medẽdi ar tem profiteri vellet: quanti proinde qui quotidie in animantium corpibus orinť morbi et languores ad interitũ ducerent: quib⁹ ego tamẽ occurro interueniẽs cõſulenſq; admirabili vigore meo quaſi cõis omniũ ſalus et vita: quaſi pi⁹ oĩm liberator fact⁹ & reſti tutor. Et vt ad philoſophos veniã deperirẽt: & oĩno ſine me eo℞ ſtudia: licet tanta cũ vanitate aſpernari me & cõtemnere vulgo ia ctent: quum tñ per fundamẽta gutturis mentianť. Quoniã nullũ eſt hominũ gen⁹ a quo mag amer/ colar/ obſeruer/ atq; vtinã ita vt iactãt ab eis cõtemnerer lõge tali contemptu beatior. eſt enim vt alio loco ante dixi innata nature mee mira quedam libertatis euagãdiq; hincinde & diutius nuſq̃ ĩmorãdi cupiditas. Quũ autẽ

in man⁹ hoꝝ deuenio tāto me amore ꝓſequunť vt nō dicā euade re/ſed nec apto gaudē vnq̃ aere liceat ita teneor/ſtrigor :ꝑpetuiſqȝ q̃ſi cōpedum carcerūqȝ penis dānatus includor. Sed et grammaticos ludiqȝ mgr̃os qs niſi ego ad tradenda pueris ꝑ̇ma elemēta rē ita neceſſariā deduceret ad tolerandos tā moleſtos ac faſtidioſos aſſiduoſqȝ ſimul labores:quos quum tantis rixis:delationib⁹/clamorib⁹/ſtrepitibuſqȝ tā cōferta vndiqȝ turba pueroꝝ grauiſſime malleoꝝ inſtar obtūdat:mirū cur nō oīno deliri facti deſipiāt.Taceo logicos:quoꝝ garrit⁹ cōtentioſoſqȝ clamores ſine me etiā nullus audiret.Obmitto muſicos: quoꝝ vbi ego cōticeſcerē nō dicā canor et armonia ſed neqȝ minima vox vlla reſonaret. De geometris/ariſmetricis/aſtronomiſqȝ nihil dico:quorū & vbi ego nō eſſē neqȝ nomina vlla haberenť.Sed oratoriā artem q̃ eſt longe ſuauior longeqȝ iocundior:que eſt decus omnis ciuilitatis:fomentūqȝ bonorum omniū morum et īſtitutorum:quis eam niſi amore ac ſpe mei induct⁹ aut docere aut doceri clariſqȝ eius et dulcibus ſtudijs teneri vellet? Nec preteribo poetas: quos et ſi aliquādo ſine me ingenia ſua exercuiſſe compertum ſit/at magna id certe cum incōmoditate viteqȝ eorum anxietate grauiqȝ proinde et dolenti cum animo nec minus magno mei deſiderio:cuius vim maximi ſemper fecerūt: opē quoqȝ multociens licet raro exauditi implorauerunt.Et quid dicā de legū peritia que eſt firmamētū humani oīs federis et regiminis qua tanq̃ nutrice et matre alunť.ciuitates ornanť.conſeruanť.proteguntť. que cōſulit tranquillitati. ſtudet quieti et paci.ſalutem omnium querit. defendit pupillos. ſuccurrit viduis.erigit proſtratos.tuetur bonos. cōſolať afflictos. Qua corriguntť deuij:pelluntur ſeditioſi.compeſcunť improbi.puniūtur graſſatores et ſiccarij:que hoſtes ꝓpulſat.inſultantes repmit. ab omni deniqȝ omnes calūnia:ab omni vi et iniuria protegit et tutatur. Nonne et hec per me ſummo eſt in precio ſummaqȝ in admiratione? Nōne per me eoꝝ qui illam ꝓfitenť tā innumerabilis eſt atqȝ ingēs turba? Nōne q eā edificant tot tantiqȝ ſunt:nulli ꝑcentes impēſe:nulli ꝑegrinatiōi:nulli inedie ac labori. Ita ergo niſi ꝑſuaſione mea mot⁹ nemo cām alicui⁹ ꝓcuraret.nemo patrociniū ſuſciperet.nemo lites examine ſuo dirimeret.Iam nemo latrūculator qui delicta puniret.nemo ſcriba aut tabellio qui dicta ſcriptis mandaret.nemo tabellarius q denūciaret. nemo tubicē q clāgore ſignū daret:iā iuri dicūdo null⁹ intēderet.iā reipublice ad

miniſtrationi nullꝰ inſtaret:iam clauſa fora ip̄a.vacue ip̄e iudicia
rie ſedes. quū leſa tamen ac iniurijs plena omnia ingenti vndiqꝫ
ſtrepitu et clamore ꝑſonarēt.Ita ego niſi vi mea magna & ſancta
quēqꝫ impellerē deperiret omne ius omniſqꝫ iuſtitia.Ita nihil ſal=
uum/nihil ſecurū/nihil ab iniuria tutū.Ita regnaret improbitas:
floreret iniq̄tas.ambitio cūcta poſſideret. hec op̄a mea. hic fructꝰ
meus.hec in oībus liberalibꝰ diſciplinis preclara atqꝫ excelſa po=
teſtas.mea quibus ſiue docēdis/ ſiue perdiſcendis/ſiue exercendis
nemo niſi adhortator ego adeſſem ſtudiū vnq̄ impēderet.nemo
preterea qui earū tam innumeros immēſoſqꝫ pro ingenio cuiuſ=
cunqꝫ editos codices exararet niſi me vtiqꝫ impellente librariꝰ ha
beret̃.Atqꝫ vt ad alia orōnem cōuertamꝰ:q̄d magnificentiꝰ gl̃io=
ſiuſqꝫ ſummoꝝ regū atqꝫ pōtificiū ſtatu videmꝰ:q̄pulchrū eſt cer=
nere tot aſſiſtentes eis magnos & illuſtres viros: tā freq̄ntē varie
cōditionis hominū turbam:vario vtiqꝫ muneri deditā inhabitan
tē curias eorū:exercentēqꝫ ſe quotidie ſollicita cū diligentia:ac vel
ſuis vel amicoꝝ rōnibꝰ itendētē:q̄s vero aliꝰ a me hec efficit? Nō
ne et vigor meꝰ hec operat̃? nōne & vbi ego abeſſē oēs abirēt? nō=
ne vbi ego diſcederē ſine honore/ſine gl̃ia/oēs eēnt p̀ncipes? nōne
ſoli nudi ab oībuſqꝫ deſtituti deformit̃ oēs apparerēt? nōne oē de
cus illud ſtatꝰ eoꝝ:oīs ille ſplēdor ꝓrſꝰ euaneſceret.Verū quid hec
cōmemoro ad cōmoditatem hoīm magnificentiā itē et ornatū ꝑ
tinētia quū alia q̄ aīe bona theſauroſqꝫ reſpiciūt q̄ ꝑficiendis mēti
bus aīmiſqꝫ cōducunt:lōge ſanctiora referri poſſint.Nā q̄d eſt de
teriꝰ/triſtiꝰ/nocētiuſqꝫ ignauia et turpi ocio:q̄bꝰ eneruat̃ langue=
ſcitqꝫ vis oīs aīorū.debilitat̃ obtundit̃qꝫ oīs acies.fruſtrat̃ corrū=
piturqꝫ om̄is vigor.vileſcit deficitqꝫ ſi qua inerat generoſitas:ſor
deſcit ſi quis fuerat morū nitor et elegantia.extinguit̃ ſi quis fue=
rat ſenſus fomeſqꝫ virtutis:tū blādiri mala cuiqꝫ incipiunt.ad ſta=
re p̄ foribus vitia:q̄rere aditū.rogitare:pulſare:titillare:atractare:
mox cōtubernalia fieri:tū creſcit familiaritas.iualeſcit libido:cō=
uocat alios nocēdi miniſtros.fit cōſpiratio oīm maloꝝ: inuadūt
regnū. occupāt/diſſipāt/obruūt/euertūt/fugāt/q̄cq̄d bone ſemētꝫ
virtutū inueniūt:q̄cq̄d bone frugis offendūt:expellūt/ꝓculcāt/la
cerāt/trucidāt/ exterminant. his ego tātis malis:q̄ torpor et igna
uia parit:que mollicula et deſes vita ꝓducit.occurro publicꝰ eoꝝ
hoſtis ꝯfertaqꝫ manu bellator acerrimꝰ obſiſto.Quippe q̄ neminē
patior fruſtra ociū cōterere:ad laborē quēqꝫ hortās.ad op̄a quēqꝫ

ſua impellēs:a ſomno excitās:a ludis aduocās:a lautiorib⁹ lōgioribuſq; cenis auertēs.proinde videas oēs doctos ſimul ac indoctos:magne ſimul ac puſille ſortis vacare diligēti⁹ ſollicitiuſq; negocijs ſuis.nullā nō feminarꝝ que nō lōgiores vel nendo vel texēdo:vel huiuſcemodi aliquid muliebris operis faciēdo noctes trahat.neminem non artificū qui non oci⁹ cum gallicātu e ſtratis exurgat:neminem nō litteratorꝝ qui nō agēt ſemꝑ aliquid:vigilando/inſtando/ferendo/vitā exerceat:qui non dulces omnes labores:omnes lucubrationes ducat.Ita ergo per me quiſq; frugi bonus/grauis/iuſtus/ cōtinēſq; efficitur. ita per me quiſq; omni virtute preditus.omniq; morum elegantia ornatus euadit. ita ergo tales produco virium mearum fructus.Ita ergo tātorum ego bonorum cauſa.Ita ego omnium horum auctor:quaſi ad ſubleuandas publicas neceſſitates ad conferenda in cōmune omnibus cōmoda:ad ornandas illuſtrandaſq; omnibus virtutibus omnium mentes natus eſſe videar. que cum ita ſint non merebor ego dum oraturus cauſam meam venio ab omnibus etiam libēter ſuſcipi. ſuſceptus audiri. audituſq; inſup cōmēdari laudib⁹ et extolli: nō merebor quū tāta de imenſis viribus meis palā oſtendā fraudari mime ēt coronā glīe mee: debitāq; cūctorꝝ iudicio palmā referre At mouent hec oēs video ꝑſertim que poſtremo loco retuli ad bene ſancteq; viuēdū ꝑtinentia.Iam faciles:iam inclinatos: iam cōuerſos in me oīm aīos intelligo. Age ergo quū magna hec nemo iam negat.referam⁹ et alia maiora longe etiā quorꝝ ego vtiq; opator ſum:eximie ſummeq; pietatis ac ſctitatis monimenta.In quo ad te me conuerto O rerꝝ omnium eterne parēs et conditor. cui⁹ quū ſint cuncta que feciſti magna admirabilia atq; perfecta:nihil profecto eſt quod tantorū beneficiorū conſideratione celebrādis laudibus tuis agendiſq; tibi gratijs nō aſſidue vacare debeat.quo nullum certe pulchrius:nullū dignius aut ꝓclarius munus ſuſcipi poteſt.id vero delatū eſt precipue ad ſacerdotes.qui pro cunctis onus ſubeūtes die noctuq; priuatim & publice debitas tibi ac q̄tū humana tenuitas ꝑmittit ampliſſimas laudes abſoluūt:nūc orantes:nunc pſallentes:nunc varia voce modulantes: nunc dulcib⁹ etiam tinibus et organis pſonantes: q̄pulchrum eſt intueri tam grauē et cādidatā turbā inter media tēpla tuo tāto cultu et ordīe: tāta maieſtate: tātis tibi cerimonijs ſeruientē:q̄ glīoſum eſt audire officioſiſſimas quas tibi effundunt ꝓces et vota laudātes ac ex-

altātes nomē ſanctū tuū: poſtulanteſqꝫ miſericordiāvel pro ſalu
te viuentium: vel pro requie defunctorū: vel ad impetrandam de
lictoꝝ indulgentiā: mitigandāqꝫ iram tuam: vel ad implorandā
de inimicis aduerſiſqꝫ caſibꝰ opē et defenſionē. Veꝝ nōne hec tot
et tanta mea fiunt adhortatione: nōne fons ego et origo ſum ho
rum bonorū: nonne vbi ego obliuioni traderem neqꝫ ipſi tui me=
moriā haberent. Vbi ego negligerē/ neqꝫ ipi curarent. vbi ego tar
darē: neqꝫ ipi p̄ſto eſſent. vbi ego eos nō expgefacerē cōſopiti oēs
tenerent̄. vbi ego nō intereſſem: neqꝫ ipſi cōuenirent. vbi ego non
ita frequens vt facio interuenirē: omnes cōticeſcerent. vbi ego nō
ſonitū vtiqꝫ meum darē: omniū ora prorſus obmuteſcerēt: nulla
eorum vox audiret̄: nulla perciperet̄. O me ꝑbeatū: o me felicibꝰ
natū auſpicijs: cui tanta deus meus quū me creares dona contuli
ſti: tantum preſtitiſti dignitatis: tantū auctoritatis: tanto exalta=
ſti honore et gloria: vt ſine me nec laudes tibi decantarent̄: nec vo
ta pſoluerent̄: nec noctu a quoq̄ eorū cauſa cōſurgeret̄; vt ſine me
nec ſacra tibi fierent: nec thura tibi incenderent̄: nec aque nomine
tuo ſanctificate irrorarent̄. Atqꝫ hec de miniſtris tuis inferioribꝰ
loquor. Nā quid dicā de ſupioribꝰ qbus tm̄ incūbit oneris et picu
li in adminiſtratione cōmiſſaꝝ ſibi eccl̄iaꝝ: qs eoꝝ ad tantā ſuſti=
nendā molē: ad tātā ſubeundā ſarcinā: tollerandū tm̄ pondꝰ: niſi
ego cōtinue ſtimularē ſe vnq̄ accingeret? Quos tāto incendo amo
re vt nō mō rogati p̄fici ſe illis libēter patiant̄: ſꝫ & vltro offerāt ſe
& ingerāt vt vel p̄ficiant̄: vel p̄fecti iā ad maiores alias g̃uioreſqꝫ
curas & adminiſtratōes mutati ꝓuehant̄. q̄ circa etiā oppido īfeſti
& īportuni poſtulēt/ rogēt/ orēt/ īplorent/ blādoqꝫ ore et deiecto.
hūiliqꝫ vultu queqꝫ ad rē ſuā idoneū venerent̄: hūc ſollicitiꝰ īterro
gēt: illū diligētiꝰ ſciſcitēt̄: aliū ſagaci nare ꝑueſtigēt: potētioꝝ do
mos & aulas ītenti et vigiles obſeruēt. veſtibula terāt. fores olfa=
ciāt. poſtes lingāt petētes aditū. q̄renteſqꝫ colloquiū. nō magno ſi
ne lōgioris more faſtidio. g̃ui etiā & frigoris & eſtꝰ atqꝫ īedie ſepe
cruciatu. qn ipis ſeruulis fiūt officioſi & ſupplices. q̂s pn̄t alliciūt:
corrūpūtqꝫ. nūc adulationibꝰ. nūc p̄cibꝰ. nūc amicoꝝ intuētiōibꝰ
nūc ꝓfuſis ēt largitionibꝰ. ſepiꝰ ēt ꝑ vim & minas extorq̄nt: vt cō
potes voti fiāt: īſtātes hiatibꝰ faucibꝰ anxio ore tāq̄ canes fruſto
carnis. Iſte g̊ ego ſum tantoꝝ patrator/ tātoꝝ opator. Ille g̊ ſum
cui omnes nō tam ꝑui et humiles ſed magni/ etiā qqꝫ & p̄potētes
obſequunt̄: cui ciuitatū oēs ſtatꝰ/ omnia munera/ oēs dignitates

parēt. Sed egrediamur iam hinc: & ad res ruſticas quibus et terra plurimū gloriata eſt tranſeamus. Quem enim alium ꝑter me auctorem letitie et amenitatꝭ ſue fatebunt vinee/horti/pomeria/prata/ agri/aliaqꝫ eiuſcemodi. Quis niſi ego cauſam preſtarē: quis inueniret aut foſſor: aut arator: aut vinitor. quis iumēta curaret: prata irrigaret: ſementē terre mādaret: quibus ceſſantibus quantum malū/quantaqꝫ neceſſitas cunctis aīantibꝰ īmineret: quāta q̄ inde oriunt diſperirēt: ꝑſertim que tātis terra extulit laudibꝰ vina atqꝫ frumenta: quoꝝ nec hec cibū nec potū illa miniſtrarent. Veniamꝰ et ad aquaꝝ gr̄am: quibꝰ et ſe maxime ornari atqꝫ augeri terra memorauit. quē dabitis mihi qui vel piſcādi vel nauigādi artem niſi ſpes mea ſubeſſet exerceret. quis dicite quis niſi viribus meis actꝰ impelleret vnderet ſe vnq̄ ꝓcelloſo tantis ꝑiculis & malis pleno mari credere obruendū milies fluctibꝰ obrutūqꝫ intra piſcium viſcera ſepeliendū: quantis ꝓinde omnes afficerent incōmodis. quāta publice omībus incūberet neceſſitas frugū atqꝫ mertiū que ex omni orbe eo nauigandi munere trāſuehuntur: quibꝰ tamen ego conſulo: quibus tamen ego ne tantum mali contingat occurro: ſpirās in huiuſcemodi negociatores flatum amoris mei: capiens eos ipſius ſuauitate: incutiēs item illis ſtimulos quibꝰ adeo concitantur atqꝫ animant: vt nullo labore: nulla peregrinatione: nullo eſtu et frigore. nō cubandi aſperitate: nō ciborum inſipiditate nō potus vllius inamenitate: nō pirratarum inſidijs: nō vi vlla: nō ipō metu mortis quā quotidie ante oculos aſtantē vident: nec longiꝰ quidē q̄ ſit lignū nauis: nō vllo deniqꝫ incōmodo et malo abſterreant dū tamē mihi obſequi: famulari/at quicqd volo hortor. mando ꝑficere recte poſſint. Miramur philoſophos de ꝑferēdis equo aīo humane vite incōmodis. de cōtēptu etiā mortꝭ multa ſapienter ornate copioſeqꝫ ſcripſiſſe. que & ab ipīs quidēmet auctoribꝰ ſunt dictis eorū magis q̄ factis confirmata. quū ego nō dicēdi inani vllo ſtrepitu: nō verboꝝ vlla fucata ꝑſuaſione: ſed iocūdiſſimo meo aſpectu: dulciſſima mea conuerſatione: viuaciſſima mea ac potētiſſima virtute hec cūcta ꝑficiā. Que ita (vt dixi) veritate īniti maxīe videbunt: ſi aliud etiā virīū meaꝝ nō diſſimile his argumētū intellexeris. notū & ꝑcelebre eſt q̄nta ſit militie vtilitas ꝑiter atqꝫ neceſſitas ad cōſeruādā ꝓtegandāqꝫ rēpublicā: defendēdamqꝫ ab oī hoſtili iniuria atqꝫ inſultu. q̄ntus ꝓinde eiꝰ ſplēdor & glīa. quāto eiꝰ duces ac impatores honori ſimul & terrori habi

ti fuerint: quantū itē qui caſtra ſecuti armis ſe exercuerunt p̄ alijs
commoda ac p̄uilegia ſemp maiora meruerint. Pretereamꝰ ꝙ ne
mo eoꝝ niſi animū ego illū ardorēq; belli adderem atq; incende=
rem: tāte ſe rei vnq̄ immiſceret. nemo loricā & thoracē indueret.
nemo galea caput tegeret. nemo enſem manu arripet. nemo ha=
ſtam vibraret. nulla iā eſſet acies. nullus exercitꝰ. nullus q milita
ret. nullꝰ qui militātibꝰ imperaret. Hec q̄ſo obmittamus: dicamꝰ
magis alia pia his nauigātiū ꝓximo āte loco demonſtrātis. q̄ niſi
ipſis quotidie cernerentur oculis incredibilia certe viderentur. tā
tis ſe eos vltro laboribus offerre: algere/ eſtuare/ ſudare/ inediam
ferre: ſub diuo ſomnos capere atq; ꝑlibenter oīa efficere. quodq;
admirabilius eſt gladijs/ lanceis/ ſagittis/ ſcorpionibꝰ/ baliſtis in=
trepida fronte atq; animo caput obijcere. non magis vitā q̄ ſi quo
tidie in foro multe inſtar nucum/ pomorumq; venderentur fa=
cere que eis continue imminet contemptui habere: ita nullo eius
terrore commoueri: ac ſi ſapidum aliquod et dulce ferculum ex=
pectare videantur. atq; hec ego quibus neſcio quid aliud maius:
aut audacius omnia facio. omnia adiuuo. omnia ſumma virtute
mea ſuadeo/ iubeo/ cogo atq; impello. Dixerit fortaſſis aliquis tri
ſtia iſta eſſe: auditu fera: inhumana/ barbara. Ab omniq; ingenui
tate morum ac ciuilitate penitus aliena: videri nanq; a natura in=
ſitum cuiq; animanti vt ſalutem ſuam & vitā tueatur: quā qui ne
glexerit vltroq; perditū ierit: rem nō niſi monſtruoſam natureq;
lōge aduerſam & inimicā hominéq; libero prorſus indignam effi
cere: ſumme p̄terea eſſe deteſtationis graues & miſerabiles que ob
bella ſuſcepta contingūt graſſationes/ rapinas/ carcerationes/ pro
ſcriptiones/ ſtupra/ adulteria/ cruciatus/ iugulationes/ ꝓditiones/
ciuitatūq; ac ſingulaꝝ domoꝝ incēdia & euerſiōes: q̄ quū cā mea
fiant: minime ea mihi laudi & ornamento/ dedecori autē & vitupe
rio magis adſcribenda eſſe. Verū qſquis hec dixerit neminē velim
putare me eius eſſe imprudentie vt verum inficiari: falſaq; defen=
dere ac pertinaciter tueri proponam. Cōfiteor et hec ego vtiq; ap
ta et libera voce: neq; a p̄ncipio quādo orōnem habere cepi ita lau
des meas dicere agreſſus ſum: vt integritatis pietatis atq; ſancti=
monie vlla q̄ in me eſſent magis q̄ excellentē vim & potentiā me=
am magnoſq; et admirabiles quos inde ꝓduco effectꝰ & opatiōes
referre vellē. nō enim tantū mihi arrogo: tantūq; aſſumo: vt cre=
dam nihil ex me qđ nō triſte & nocens ſit oriri vt putē vtilia eſſe

oīa mea atqꝫ ꝑficua.verū et iſta tamē ita cōfiteor vt q̄ ſoli & terre
emulis meis venia tribuit̄ mihi quoqꝫ ne deneget̄: vt que in illis
excuſatio recipit̄ in me etiā ne refutet̄:vt in quo nullū illi oppro-
brium cōſequunt̄ in eo ne vtiqꝫ ego dehoneſter ac vituperer. In-
terrogemꝰ terram an aliquid ex ea ꝑducat̄ quod ledat et noceat.
nō diffitebitur et ip̄a ſe plurimas gignere aut inutiles aut noxias
herbas:& ſuccos nō negabit:ſe ꝑferre muſcas/veſpas/ſcabrones/
culices/cunices & pulices generare:itē ſcorpiones: cocodrillos/in
finitāqꝫ ſerpentiū mł̄titudinē:nō ad aliud certe q̄ ledendū ac nocē
dum paratā:nec tamen ꝙ hec ex ea orianṫ dedecori ſibi adſcribit̄.
Sciſcitemur & ſolē.an & ip̄e radijs ſuis intuentiū oculos ledit:an
et ip̄e calore ſuo nōnunq̄ caput obtūdit:an & ip̄e plus equo aliq̄n
eſtuās & ardēs ſata oīa arborūqꝫ fetus om̄es.ip̄a quoqꝫ animantia
corrūpit:quod eo maxime illi tēpore cōtigit q̄n cōficta eſt phaetō
tis fabula:ſub cuiꝰ velamēto certa veraqꝫ latet hyſtoria: an & ip̄e
quū eclipſi laborat triſtiſſimas influit vel peſtilētias vel magnoꝝ
p̉ncipū mortes:ppł̄oꝝqꝫ maxīas ſepiꝰ deſolatiōes:q̄ cūcta quū ma
la ſint atqꝫ nocētia: hoꝝ q̂qꝫ ip̄e ſolꝰ auctor:mīme tn̄ minor merito
rū ſuoꝝ gr̄a eſtimat̄.mīme tn̄ iminuit̄ ſinglarꝭ eiꝰ laus & gł̄ia.nō ī
merito g̊ quū tanta ꝑducā bona ſi aliquoꝝ ēt aliq̄n ſim maloꝝ cā
equo aīo ferri debebo:laudādusqꝫ magis ero ex ea viriū meaꝝ ꝑte
q̄ tāta ſeu ꝓſint ſeu obſint ꝯficio. Quo circa ſi qs mihi etiā obiece
rit infinita alia q̄ ꝓpter me grauiſſima ſcelera ꝯmittunt̄ fatebor et
ea pari mō.Scio eqdē originē me eſſe oīm maloꝝ:q̄ mortales in-
uicē machinanṫ.ſcio me p̄ſtare cām oībus eoꝝ obtrectationibꝰ/ī-
ſimulationibꝰ/ꝓditionibꝰ/furtꝭ/cōcuſſionibꝰ/cōpilationibꝰ/ iur-
gijs/ꝯtentionibꝰ/ litigijs/fraudibꝰ/dolis/cauillationibꝰ.Nō ſum
ignarꝰ ꝓpter me ciues vicinos:ſocios:amicos: domeſticos: cōtu-
bernales neceſſarios etiā graues inter ſe diſſenſiones mouere:af-
finem affini. fratrem fratri. filium etiam patri minas intentare:
calūnias inferre:inſurgere atrociter:et inſultare egentē diuiti.cliē
tem patrono.hoſpitem hoſpiti.ſeruū domino.Inſidiaꝝ neqꝫ pe-
naꝝ quibꝰ publice plectunṫ formidine vlla deteriori: ſpoliari vi-
duas:vim pati pupillos:ꝓculcari īdefenſos.opp̄mi īnocētes. vio
lari rapiqꝫ res ſacras ſacrarūqꝫ rerum cuſtodes & miniſtros: ꝑmi-
ſceri oīa turbari ac confundi:qcquid deniqꝫ eſt odij:ſcandali tur-
binis et tumultus propter me totum exoriri.Que cūcta licet peſſi
ma ſint non alia tamen ex cauſa eueniunt q̄ ob ſingularem quam

innatam mihi habeo gratiã alliciẽdi quoſqꝫ amore meo afflãdiqꝫ in oĩes ſummũ mei deſideriũ: vt nemo ſit qui nõ me ꝑcupide q̃rat/videat/odoret/attractet. qui nõ totis viribꝰ enitat̃ in meã venire amicitiã: qui nõ ad id oĩ cura/diligẽtia/ſtudio/laboreqꝫ cõtendat. Ita paſſim omnes cuiuſuis ſexus et etatis magni ſimul ac parui ſummã mei cauſa ſollicitudinẽ gerãt. ſũma rapiant̃ inquietudine. ſumma ducantur anxietate: nõ fame et ſiti: non frigore & eſtu: nõ graui quauis frangãtur fatigatione & moleſtia: q quum tanta tolerẽt: tanta ſuſtineãt. nulli etiã parcũt ſceleri: nulli turpitudini: nulli nepharie rei: dũ ad libidinẽ tantũ ſuã magis me fruantur: tãtaqꝫ eſt eorũ quo in me agitant̃ amoris inſania/vt quum plurimos habeã quibꝰ vtar familiariſſime/prebeãqꝫ me humaniſſime quotidie attractandũ. ipſorũ tamen inuicẽ tam dirus et inuidia feruẽs zelꝰ inardeſcit: vt licet qſqꝫ mihi carꝰ admodũ ſit et familiaris: nõ contentus tñ ea qua potit̃ mei parte q̃rat cariorem ſe etiã mihi fieri ac familiariorẽ: alioſqꝫ quãtũ viriũ ſuarum eſt a me ꝓcul excludere: cuius cauſa oĩa conet̃/oĩa molliat̃/et ſatagat. nihil obmittat inſidiarũ: nihil inſimulationis: nihil fraudis et calũnie vt ſuperior cũctis optata tãtopere mea ſocietate eſſe poſſit. atqꝫ id vt dixi dicamqꝫ repetẽs iterũ efficit magnꝰ ac ardens amor quo in me allicio oĩes non tam malos & improbos/verũ bonos quoqꝫ et ꝓbos: licet nature quidẽ mee ſit horũ nõ libẽter cõuerſatione vti: quos (vt plurimũ aſpernor) appropinquãtes mihi longe fugio. p̄ſertim quũ probati eorũ bonarũ artiũ doctrina coniuncta eſt. Delectat me quippe magis ſocietas ſedicioſorũ/ambicioſorum/aſſentatorũ/ſtupratorũ/facinoroſorũ/ac q̃ maxime indoctorum: quos ꝓpterea etiã libẽtius ſuſcipio in amicitiã meam: dulciꝰ ducẽs frui eorũ cõmunione: capienſqꝫ ſummã voluptatem dum recipior ab eis hoſpicio. Et ſi quãdo ingredior domũ alicuiꝰ boni ac docti hominis id euenit caſu magis q̃ ꝓpoſito alioꝝ: magis ductu q̃ ſponte mea. Nã magnã mihi affert moleſtiã: et anxietatẽ illorũ vſus et cohabitatio. torqueorqꝫ maxime ſi diutiorẽ cum eis morã traho: id vero fit qm̃ licet me ament: gaudeãtqꝫ plurimum me apud ſe hoſpitari: nõ tãto tamen in me amoris ardore ferũtur quãto mali atqꝫ ſceleſti homĩes. diligũt enĩ me moderatius & tenuius ꝓpeqꝫ dixerim languidius q̃ illi. neqꝫ puto me diligerẽt hoſpiciũqꝫ preſtare dignarẽtur niſi ſummã intelligerẽt ſe percipere ex mea p̄ſentia iocũditatem et letitiã/viteqꝫ cõmoditatẽ. quod ni=

mirum mihi lōge graue/lōgeq; moleſtum eſt. atq; ideo iuuat me magis verſari cū illis. qui licet peſſimi ſint maiore tñ efficatioreq; me proſequūtur beniuolētia: blādiūtur cōtinue: arrident/fauent/ oſculātur/amplexātur/cōtrectant/venerātur ac ſi deus eſſem. oīa pro me factitant: oīa audēt. neq; odia/neq; minas/neq; pericula vlla formidāt. nulla illis pudicitie: nulla fame et honoris: nulla vite et ſalutis cura oīno exiſtit: nihil eſt tam magnum excellēs et reuerentia dignū qđ mihi anteponant: non aīam ꝓpriam vtiq; quā milies etiā ꝓpter me quotidie venderēt. id vnū tm̄ curantes: in eo vno tantū ſtudia oīa ſua et opera exercentes q̄ fidele mihi obſequiū preſtent. In quo admonendi ſunt q diſcernere bonos a malis volūt/cupiūtq; minime falſum de his iudiciū facere. Nam nulla difficilior res cognitu eſt q̄ homo vtrum recta illi an praua mens ſit. oſtendūt aperte cetera animātia vel mitē vel feram naturā ſuā: vt nemo ſit q non intelligat lupos leones. tigres ſerpentumq; mōſtra oīa rapinā nobis rabiem ac mortē intentare. hominē autē pſepe cōtingat īmaniorē hijs etiā haberi atq; rabiorē: eiuſcemodiq; eſſe vt nō modo hoībus: ſed et deo inſuper optimo atq; maximo latētia ſub alto corde execrādaq; odia cōcoquat: cuius ſi vultū tñ inſpicias: oēm pre ſe ferre videat̄ pietatē et innocentiam/cuiꝰ ſi ſermonē/inceſſum/habitūq; cōſideres: tante appareat auſteritatis religionis ac ſanctimonie: vt diuinum dicas aliquod numen e celo deſcendiſſe. Sit vero quātūlibet difficile de hominū mentibꝰ animiſq; iudiciū. Per me tamen fiet continuo facile neq; opus eſt ad cruendas/manifeſtādaſq; ſecretas volūtates. vbi ego adſum tormentorū vllas penas adhibere. Quippe qui blando leniq; cōmertio qđ nec ingenio/nec vi terrore ve vllo alius poſſet: ego ſtatim cuiuſcūq; mores et naturā deprehendo/dephenſamq; manifeſto. Si igit̄ vere bonus atq; integer quiſq̄ fuerit diligit me quidē/videtq; ac cohabitat libēter mecū: ſed modice tñ ac quantū iocundum/cōmodūq; ſibi eſſe intelligit: neq; ꝓpter me vim cuiq; et iniuriā infert: nihil p̄ſumit quod ledat ius/ honorēq; alterius. mauultq; meo minus vti cōſortio q̄ quicq̄ efficere qđ ſit honeſtati/pietatiq; aduerſum. ſin cōtra praue et corrupte ſit mentis. licet exterius ſimulachrum diuinitatis eſſe videatur adeo me amat: vt pre amore ardeat: langueat: tabeſcat: ꝓpeq; deficiat. nihil iā preter me cogitet/nihil animo verſet: nihil preſentia et cōſuetudine mea beatius ducat q̄ vt magis etiā aſſequatur oēm omnino ſi qua

erat priſtinam integritatẽ ac ſanctitatẽ poſt tergũ mittat: nihilq̃ ſit tã triſte: ferũ/ impiũ/ qđ nõ intrepide & audacter aggrediatur. nihil tã bona fide ꝓmiſſum qđ nõ frãgat. nihil tã ſancte iuratum qđ nõ violet. hunc calũniet/ illũ expilet: aliũ opprimat penitus et extinguat: mille q̃q̃ modis ius/ iuſtitiãq̃ diuina ſimulatq̃ humana oĩa euertat: dũ tantũ copiã mei q̃ maximã ſibi efficere queat: ꝓpter quod & hic mihi lõge gratior eſt niſi me tñ occulat obſcurioribuſq̃ locis preſſum obſeratũq̃ priuet diſcurrendi libertate qua delectari me tantopere a principio teſtat⁹ ſum. qđ facere ſolent hij qui ſanctiores alijs videnĩ captiuãtes me q̃primũ ac ad eos deuenerim. neq̃ teterrimis quib⁹ me recondunt ſemper tenebris exire vnq̃ aut in cõſpectũ alicui⁹ ꝓdere permittẽtes. Ita ergo fit vt qui optimus quidẽ omniũ iudicio eſſe videbaĩ: vbi tñ ego interuenerim periculũ faciẽs hoĩs ſceleſtiſſim⁹ manifeſte appareat: quodq̃ intus latebat peſtilentiſſimũ virus manu mea leuiter cõtrectante detegaĩ. ita fit vt qualiſcũq̃ fuerit ſingulorũ hominũ mens interius celata meo ſtatim dulci ingenio manifeſteĩ. Quãq̃ illud non debeo tacere pauciſſimũ me illorũ numerũ cõperiſſe quos bonos et rectos vere poſſim appellare q̃ moderata in me volũtate ac ſine cuiuſq̃ iniuria ferãtur: tantũq̃ me amẽt quãtũ par ſit: cõmoditatiq̃ eorũ cõducat. Nam alij quorũ effrenis cupiditas per fas et nephas in me rapiĩ: deſiderioq̃ mei nunq̃ ſatiari poteſt pene inumerabiles/ infinitiq̃ ſunt: quos ceco precipitiq̃ amore meo correptos nec mouet equitas/ nec reuerẽtia ꝯtinet: nec pudor reuocat: nõ modeſtie & honeſtatis: nõ iuſtitie et integritatis: non pietatis et diuini vlla cultus ratio tãgit: ſi qua forte antea fuerat eterne alterius vite/ ꝓuidẽtieq̃ dei cũctorũ merita recte penſantis tota penitus ex mẽte recordatio aboleĩ. adeoq̃ inualeſcit malũ vt null⁹ ſit tam honeſtus & ꝓbatus mos qui nõ corrũpatur: nullũ tam firmum/ fixumq̃ edictũ qđ nõ infringaĩ. nulla tam ſanctis rationibus ſancita lex que nõ violetur: nulla tam prudenter et recte fundata iura que nõ extirpẽtur. nulla tam ſolidis radicibus primiſq̃ ipſis annis ebibita cuiuſuis nationis religio et ſecta que vbi ſpes mei effulſerit nõ ꝓpulſetur/ ꝓpulſataq̃ euellatur. que non certo inflexibiliq̃ ꝓpoſito abnegetur/ abnegataq̃ perpetuo cõtemnaĩ. neq̃ ipſos excludo iudeos licet dure ceruicis/ ꝑtinaciſq̃ et obſtinate ſemper ſentẽtie eſſe cõſueuerint: dãnent autem hec et accuſent quicũq̃ ſint/ dicãtq̃ dedecoroſa nimis eſſe atq̃ ignominioſa: qui-

bus et carere longe magis dignitati mee cōueniret: damnent.age quātumlibet et accuſent:nūq̄ tamē veritatem vllius rei reticebo: nunq̄ ſupprimā:nunq̄ occulam:nunq̄ que mala nature mee ſunt quo maior mei habeaт̄ eſtimatio conabor abſcōdere : nitar obtegere:malens lōge ex his carpi q̄ ex mendaci vlla et ficta diſſimulatione ꝓinde neqꝫ cōmēdationes vllas quas in me eſſe nō ſentiam adſcribi vnq̄ mihi patiar.nullis me fucatis laudibus:nullis falſis preconijs extolli ſinam.Relíquo hec nugatorib⁹:relinquo hec et iјs qui per hypocriſim īmaculati omni ex parte:recti/pij/ ſanctiqꝫ haberi cupiūt:qui vano tantū gaudēt virtutis noīe:quū in archanis pectorib⁹ ingenti ſcateāt immēſaqꝫ ſcelerum fece. Sūt igiт̄ huiuſcemodi mores mei. Sūt igiт̄ huiuſcemodi nature mee conditiones:ſunt ita ſane neqꝫ vnq̄ ea diffitebor.Que nāqꝫ ſunt notiſſima oībus quo pacto vnq̄ auſim negare? verū velim cogitet quiſqꝫ de me vim magis et potentiā q̄ mores vllos meos aut naturā in deteriora ꝓcliuem.neqꝫ enī quod et ante a me dictū eſt p̄ſentis fuit vnq̄ inſtituti vt ſanctitatis magis q̄ poteſtatis mee bona ſumma cōmendarē:que vtcūqꝫ ſint nec me tamen ita oīns bone opationis vacuū eſſe dixerim:vt nō et multorū ſim auctor bonorum de quib⁹ lōgo ſatis ſupra ſ̄mone differui:ita nūc bona:nunc mala vt varie ſe res offerūt ingētí mea ac potēti virtute cōficiunт̄.in quib⁹ vbi digne me intelligā laudē vllā et gloriā promereri:vbi cognoſcam palmā mihi merito deberi/nemo credat paſſurū me quantū poſſim a quoq̄ iuri meo vim inferri. Capiūt ſiquidem et me laudes mee:ſed he tamen quas opera manifeſta declarant/delector honore:delector et gloria:ſed ea tamen quā facta magis q̄ dicta aperte demonſtrant.Quare amplius et pergam/ attingamqꝫ alia quibus quātum valeant vires mee.quātum operentur manifeſti uſqꝫ demonſtrabitur nonmulti faciens bona ne ſint an mala:adiumento ne an nocumento nocent:tantū vt quanta ſit vis et poteſtas mea oſtendā omnibus atqꝫ patefaciam.Itaqꝫ vt que dicenda ſunt perſequamur.Cogitate per animos veſtros viliſſimum quēpiam:ſtolidiſſimum/ignauiſſimū/improbiſſimum q̄primum me contubernio illius coniunxero/ceperoqꝫ cum eo habitare:ita vt ſummā eum mecū familiaritatem contraxiſſe omnes intelligant.tanta impleo eum gratia vt quocūqꝫ incedat paſſim illum quiſqꝫ ſaluum dicat:venereт̄:blande excipiat:de via ei decedat.caput aperiat:obſequatur rogatus p̄ſto adſit.iniuſſus etiā vltro ad-

ueniat. quicqd dixerit laudeṫ. quicquid egerit ac ſi auctor ipē ſapientie videaṫ in oībus cōmēdeṫ: quū riſerit ab inuitꝭ etiā arrideaṫ / quū triſtatus fuerit / triſtitie quoqꝫ et meroris ſimul ſigna oſtendātur. quū domi autem ſederit inuiſaṫ: frequenteṫ: expecteṫ: ſepiuſqꝫ doneṫ. Contra vero ſit doctiſſimꝰ: ſit prudētiſſimꝰ: ſit genere atqꝫ omni virtute preſtātiſſimus. Porro notum quoqꝫ fit ſperni eum a me ac abijci: ſperneṫ vtiqꝫ ab omnibus ac abijcietur. nemo ei ſalutē: nemo reuerentiā: nemo obſequiū exhibebit: nemo laudabit. nemo cōmendabit: plerūqꝫ autē digito medio demōſtratus tanq̄ fatuus noīabitur. Verum fac vel locationis / vel emptiōis / vel hereditatis cauſa vlla in iudicio verſetur: quā perſequatur is cū quo magnā habuero amicitiā et ſodalitatem: foueat ſummā q̄tumuis iniuſtitiā: ſit ratio ei oīs aduerſa: ſit nulla ſpes ei prorſus victorie. tanta tamen eſt vis mea: tantum vēdico apud oīes auctoritatis vt quotq̄t velit adiutores defenſoreſqꝫ cauſe ſue intuitu meo preparatos ſemp inueniat: quin et ipm qui iudicaturus ab oī ꝓpoſito atqꝫ animi ſententia vbi auribꝰ eius inſonuerim diuertā. faxo deniqꝫ nullus ei fauor: nullū adminiculū / nulla animoꝝ volūtas et cōſenſus deſit. At pua hec videbunṫ cōparatione eoꝝ que maiora p me huiuſcemodi hoīes cōſequunṫ. Nā ſi dignitatis mūeriſue alicuiꝰ publici in mētē aſcēdat ābitio: habeātqꝫ cōpetitores q̄ntalibet virtute gn̄iſqꝫ & doctrine claritudine p̄ſtātes: ingēti tn̄ fauore meo q̄ oībꝰ eos ḡtos acceptos dignoſqꝫ facio ad rē optatā ꝓſpero feliciqꝫ ipos fine pduco: augēs eos oī quē appetūt honore: oī gloria. oīqꝫ ſucceſſu iclinās in eos totiꝰ plebis: totiuſqꝫ ſenatꝰ aīos. cōciliās eis iuuenes pariṫ ac maiores natu: iplēs deniqꝫ eos oīꝫ amore & beniuolētia: pueheſqꝫ ita paulatī ad maiꝰ etiā ſtatꝰ culmē: ad maiorē indies inṫ ppl̄os auctoritatē: vt qcquid dixerit: ſenſerint / probauerint tanq̄ pretoris edictū vel ſanctio aliqua imperatoria ſuſcipiatur. Nec minus in principum eos amorem induco. quibꝰ ita caros reddo: vt pre omnibus aditum apud illos non longiore expectatione fatigati mereanṫ habeant quantam velint dicendi libertatem: extollendi amicos: deprimendi inimicos: impetrandi que optant: cōſequendi que deſiderant. Quos ſi indignari odioue aliquo moueri contigerit: tantum poſſum cum miniſtris iporum cum his qui continue ipſis aſſiſtunt: quos tanta allicio ſuauitate blādi tactus mei: tanto imbuo vigore meo: vt tam crebras de his habeant cōmendationes. tales proferant laudes: quibus recōcili-

ati demum principes in amorem eos & gratiam optimam recipiant. Ipſos quoq; inter ſe principes tantū alterum alteri preemine re faciam: vt qui quum maior mihi et frequētior fuerit conuerſatio illi ego ſubijciam aliorum regna: et ſi nō ſubijciam: at maiori ſaltem apud oēs venerationi iubeam eſſe atq; terrori. Quorum tandem quū oſtenderim ſtatum: vitam / mortemq; in manibus meis conſtare: nemo etiam non magis excelſas / glorioſaſq; vires meas admirabitur: videtis enim quātis preſidijs muniunt ciuitates ſuas: quibus circundant muris: quibus ſepiunt vallis et foſſis: q̄ altas extruunt turres: q̄ ingentes et munitas / atq; inacceſſas condunt arces ad conſeruationem / defenſionemq; regni ſui: ad ꝓpellandam vim / arcendoſq; hoſtium impetus. Verum quas nulli enſes & lancee: nulle adhibite machine. nulla armata acies: nullū robur exercitus: nullus terror belli. Ego ſine vllo impetu: ſine vllo tumultu. placida tantum & leni manu mea occupabo: ſubijciā. inducamq; in eas hoſtes: eripiamq; de propriorum dominorum poteſtate: quos ſi volam inſuper extingui / vel veneno / vel ferro deleri quoq; prorſus cum ſtirpe eorum faciam. aut ſi maluero ipſoſmet etiā in manus hoſtiū tradam. Sed piget triſtiora hec cōmemorare: referamꝰ ſi qua ſunt iocūdiora. Afferatis mihi hominem q̄ longo vultis ſenio grauatum. laboret podagris: laboret et languore ſtomachi: mille eum opprimāt morbi: capiatur autem deſiderio copulande ſibi vxoris: nulla erit tam putida anus / tam viliſſima lotrix: que illi ſe cōmiſcere velit. Aſt ego admirabili et prepotenti vi mea tantum operabor vt adoleſcentule alicuius et quidem nobiliſſime / ac formoſiſſime coniugio potiatur. Neq; enim ſecus efficiam vbi femina ſe coniungi viro cupiat ſit quātacunq; etate confecta: ſit gutturoſa. ſit edentula: ſcateant oculi continuo humore lachrymarum: ego tamen illi iuuenem vtiq; forma & genere inſignem qui minime eam dedignabitur connubio iungam ſtabili propriāq; perpetuo amore ſociabo. Proferrē et aliud ſumme poteſtatis mee non minus admirabile monumentum: ſed vereor ne aliquos aſtātium ſeueriores fortaſſe offenderē. propterea qđ aliquāto ſit feſtiuius q̄ honeſtatis ratio patiatur / quoniā vero ita intentos in me omniū animos cōſpicio: vt nihil iam cuiq̄ moleſtum dici ex me poſſe intelligam: ſecuro id qualecunq; erit aīo exponam. Nota quippe eſt adoleſcētium natura in libidinem longe procliuis et preceps: que tanta fertur auiditate atq; ardore vt

nihil extimet laboris: nihil detrimenti aut periculi quo vota ſua implere atq; exſatiare poſſit. contingat vero quēpiā incendi amore auſterioris alicuius femine / que neq; verbis / neq; precibꝰ / neq; blanditijs eius vllis quoq̄ modo permoueatur / que nihil eum curet penitus: ac ſi quos viderit ſui cauſa vel per diem ardētiſſimos eſtus / vel per noctem grauiſſima frigora / ac pluuias ferre nihil faciens rideat ſinatq; torqueri eum: anxiari: cōſumi. triſtiſſima etiā quauis morte deficere. nulla prorſus ſit ei ſpes implendi deſiderij ſui: ego tamen quotienſcūq; animo decreuerim: nō dubitabo duriſſime mulieris mentem inflectere: liquefactiſq; ceris etiam molliorem reddere callidiſſima arte mea / ſuauiſſimoq; qđ in eam afflabo ſpiraculo meo. tantūq; potero facūdiſſima mea exhortatione: vt iuuenem iam diu fatigatum non modo libenter ad ſe recipiat: ſed inſuper quocūq; iuſſerit tanq̄ ferrum magnes eum ſubſequatur. Cōmoueri video omnibus riſum: quāq̄ digna non minꝰ hec admiratione q̄ riſu iudicio meo videantur. Sed audite aliud etiam riſu dignius. noſcis magne eſſe eſtimationis & auctoritatis eos qui adminiſtrandis preſunt cenobiis / curamq; gerunt monachorum. maioris longe etiam qui antiſtites ſunt ciuitatū / gubernationēq; ſibi cōmiſſam habent populorū: conducereq; plurimū publice honeſtati ſimul atq; vtilitati vt hijs doctiſſimi preficiant homines optimi atq; prudentiſſimi. Verū ſi mihi in animum venerit tantū valebo opera mea: vt qui nec litteras ſillabis ſciat coaptare: qui vel coquinariam / vel libitinariam etiam artem ſemper exercuerit cōſtituatur ampliſſimi cuiuſuis cenobij pater et rector. Efficiam inſuper qđ magis eſt vt qui ad nihil aliud q̄ vel ad cōcinnādas lampades / vel ad pulſanda tintinabula idoneus fuerit clariſſime alicuius ac maxime ciuitatis preſulatum aſſequatur. deferantq; proinde ei omēs ſupplicent / manus oſculētur: inclinent ſe ac genu flectant. Quid hijs amplius queritis: quid hijs maius expectatis: quid reſtat iam niſi vt pugnantia aduerſus naturam miracula aliqua de me proferam vt mutorū linguas dicam me abſoluiſſe: vt cecis viſum: claudis greſſum: mortuis vitam reſtituiſſe affirmem. Quod ex me nemo vnq̄ audiuiſſe vlli narrabit. nam vt meminí me ante proteſtatū fuiſſe non capior ego mētitis laudibus. non falſis ego preconijs delector. nihil ego qđ non oculis ipſis videri: qđ non manibus ipſis tangi poſſit de me p̄dicabo. Que ſi tanta ſunt quāta iam ſatis ſuperq; ſupra demōſtraui: audebit ne Sol

intellecta iam tanta rerum maieſtate: audebit ne vires vnq̄ ſuas meis conferre: audebit ne de palma vnq̄ mecū contendere: de terra nihil dico: cuius tacitam iam dudum victorie mee approbationē ex vultu vel ipſo pcipio: ſꝫ exurgat Sol exurgat: & ſi qd qđ mihi opponat habet rogo ne quicq̄ ꝑtereat: exurgat age cū radiantibus comis ſuis: et proferat in mediū ſi quod illi fortaſſe ſupereſt quo gloriam meam deprimere: ſuamvero confidat extollere atqꝫ exaltare poſſe. Hec quum Aurum peroraret: perorantiqꝫ omnis aſtantium turba cōmuni aſſenſu fauere/ palmamqꝫ deferre videretur: pergeret autem proinde etiam letiore animo et ad alia que reſtabant dicenda ſe attingeret: cōtraxit Sol radios ſuos: perfundenſqꝫ primū rubore totum aera pudorem quem animo conceperat aperte demonſtrauit: tum caligine illum et tenebris inuoluēs confuſum ſe et conuictum fortiſſimis Auri rationibus non expectata etiam vlla iudicis ſententia manifeſte declarauit.

¶ Finis. Laus deo.

¶ Pariſius per magiſtrum Bertholdum Rembolt/et Iohānem vvaterloes In Sole Aureo Vici ſancti Iacobi Anno domini milleſimo quingēteſimo vndecimo. Die vero quindecima menſis Decembris.